ARGVMENTA LIBRORVM

Codd. **MBCW**

ARGVMENTVM LIBRI PRIMI. Primus liber continet causas belli civilis (*67*) adventumque Caesaris ad Italiam cum exercitu (*183*); Curionis et aliorum tribunorum plebis, qui senatu erant expulsi, adhortationem, ut bello honores repetat Caesar, quos Pompei et Pompeianorum factionibus perdiderat (*262*); exhortationem Caesaris ad milites evocatos exercitus, qui per civitates Galliae hibernabat (*296*); profectionem Pompei et consulum et senatus et trepidantis propter adventum Caesaris populi fugam (*466*); prodigia (*522*) et haruspicis Arruntis involutam de inminentibus malis interpretationem (*584*) et mathematici Figuli e signis vaticinationem bellum civile inminere et cum fine eius servitutem (*639*); matronae subitum furorem vaticinantis, quibus in locis essent futurae clades bellorum civilium eventu (*673*).

Argumenta librorum I et V habes in Useneri editione scholiorum, cuius correctiones plerumque tacitus amplector; de aliis argumentis metricis vd. Anthol. lat. 930 R., G. Goetz in Fleckeiseni ann. vol. 143 (1891) p. 512, R. Opitz Leipz. Stud. VI (1883) p. 305.

1 Arg. libr. pr. *om.* **C** CAVSA BELLI civilis **W**C^1 (*de quo vd. Usener l. l.*) || 3 italium **M** | G. curionis C^1 q. curionis **W** || 4 qui C^1 qui a **BCW** qui in **M** | adhortationem — perdiderat C^1**W** *om.* **MBC** ad(h)ortatio C^1**W** || 6 exortatione **C** ex(h)ortatio C^1**W** || 7 miliciae sevocatos **B** | exercitus C^1 exercitumque **MBCW** | quae **B** || 8 hiemabant C^1**W** || 10 Populique **W** || 11 (h)aruspices **MB**(**C**) | involutam **W** involatum **MC** inviolatam **B** || 12 inter pretatione **C** | et **B** a **M** p. nigidii et (ex **W**) **CW** | mathemat(h)ici studio significantem bellum **MBC** mathimatice studio significantis bellum **W** *Usenerum secutus sum* || 14 eius] ei **C** || 15 locis future eẽnt. subite clades **W** || 16 eventu **W** eventus **MBC**

MU ARGVMENTVM LIBRI II: Iustitium et tacitos questus feminarum (*16*) ac militum (*43*); senes referentes Marianam trucidationem et Sullanam proscriptionem (*67*); Bruti et Catonis conloquium (*234*); Marciam repetentem Catonis coniugium mortuo Hortensio (*326*); descriptionem Appennini montis (*392*); fugatis, qui stationibus Pompeianarum partium erant propositi (*439*), datam Domitio veniam fugae ex urbe Corfinio ab Caesare (*478*); contionem Magni (*526*) et metum tironum (*596*); Brundisii situm (*610*) et praemissum Cn. Pompei filium ad praesidia conparanda per civitates Graeciae ab regibus ad auxilia contrahenda (*631*); clusum aggere portum Brundisinum a Caesare (*650*) interruptumque id opus a Pompeio et tacita nocte inde navigationem (*680*): amissis duabus navibus in claustris aggeris evasit Pompeius cum suis (*704*).

MU ARGVMENTVM LIBRI III: Intrasse Caesarem Romam cum exercitu (*97*) dimisso in Siciliam ac Sardiniam Curione ad devehendum populo frumentum (*46*); contentionem cum Caesare Metelli tribuni plebis non permittentis aperire aerarium, donec a Veturio Cotta, ut aperiretur, conpulsus est (*113*); expositionem auxiliorum Pompeio missorum (*169*); Massiliensium quoque obsidionem, qui nolebant aperire portas (*298*), et Decimi Bruti de eis navali proelio victoriam (*509*).

MU ARGVMENTVM LIBRI IIII: Pugnam inter Caesarem et Petreium atque Afranium circa Ilerdam (*24*) et inundatione ac fame vexatum exercitum Caesaris (*48*) prohibitosque Pompeianae partis duces petere bellicosas gentes ab equitatu Caesaris (*157*) et inter-

---

1 Iste liber continet iustitium **U** ‖ 2 ferentes **U** ‖ 5 ortensio *ex* ortenso **U** ‖ 6 montis *om.* $\mathbf{U}_1$ | fugatisque stat. **U** ‖ 7 er. prop. *om.* (*sed spatium octo litterarum vacuum est*) **U** ‖ 8 datum **M** ‖ 10 brundusii **M** | gn̄ pompegi fit **M** gn̄ei filium Pompeii **U** ‖ 11 gratiae **M** ‖ 12 clausum **u** | pontum **MU** ‖ 17 Iste liber continet intrasse **U** ‖ 22 est *om.* $\mathbf{MU}_1$ ‖ 24 obsiditionem (vel obsessionem *ss.*) **U**

clusis fluminibus ac fontibus (*262*), postquam non dabant hostes pugnandi copiam (*271*), ad deditionem siti conpulsos inpetrasse veniam (*337*), quamvis ipsi velut in pace permixtos intra castra exercitui ipsorum Caesarianos occidissent (*205*); captam a Pompeianis in littore Illyrico de exercitu Caesaris, qui sub Antonio erat, cohortem, sed furtim traicientem ratem (*402*), et hortatu exemploque Vultei praefecti mutuis concurrisse ad interfectionem vulneribus (*465*); descriptionem victi ab Hercule Antaei (*593*) et victum quoque a Curione in Africa Varum (*661*), deinde a Iuba per insidias Curionem superatum (*715*).

ARGVMENTVM LIBRI V: Habitum a consulibus **UC** in Epiro senatum (*8*); Lentuli orationem Pompeio de duce eligendo (*15*); Delphis ambiguo responso Apollinis persuasionem Appi deceptam, qui speraverat, se in Euboea regnaturum, in qua sepultus est (*67*); seditionem exercitus Caesaris (*237*) contione ipsius oppressam (*319*) et occisos auctores eius (*370*); ipsum praemisso exercitu Brundisium Romam petisse et dictatorem atque consulem creatum Latinas ferias consummasse in monte Albano (*374*), traiecisse deinde exercitus in Epirum (*403*); tempestatis descriptionem (*597*), qua vexatus est Caesar,. cum furtim noctu naviculam solus dissuadente nauta conscendisset (*504*) ad accersendas reliquias copiarum, quae sub Antonio Brundisii erant (*476*); ablegatam a Pompeio Corneliam Lesbon (*722*).

ARGVMENTVM LIBRI VI: Dyrrachii situm **U** (*15*); pestilentia vexatum Pompei exercitum (*80*), fame

1 pontibus *habuisse vid.* **M** ‖ 7 erant **MU** ‖ 8 et exemplo hortatuque **U** | corruisse **M** ‖ 13 *Argumenta librorum V—VIII om.* **M** | a *om.* **C** ‖ 14 senatus consultum lenturio ratione de duce pompeio defundo **C** *unde* Epiro senatum. senatus consultum ex Lentuli oratione de duce P. designando *Usener* ‖ 15 ambigua responsa ap. responsum persuasionem **C** ‖ 16 apii **U** ‖ 17 euboia **U** euboica **C** | in *om.* **C** ‖ 19 et otiosos **C** ‖ 20 exercitum brundusio **C** ‖ 24 furva nocte **U** ‖ 25 naute C_1 ‖ 26 reliquas copias **U** | brundusi **C** ‖ 27 a *om.* **C** | lesbo **C**

Caesaris (*106*); opus, quod Caesar per ingens spatium ad includendum Pompeium duxerat (*29*), expugnatum a Pompeio (*118*); Scaevae centurionis a parte Caesaris nobilem pugnam (*140*); omissam a Pompeio in plenum vincendi occasionem (*290*) et melius visum, persequi Caesarem, quam Romam reverti (*316*); descriptionem Thessaliae et fluminum, quae ibi oriuntur (*333*), rerumque, quae ibi natae sunt (*381*); necromantiam factam a Sexto Pompeio de belli eventu (*413*).

U ARGVMENTVM LIBRI VII: Pompei somnium (*7*); querelam exercitus, quod traheret (*45*); prodigia in partibus Pompei (*151*); adlocutiones ducum in pugna Pharsalica (*249, 337*); fugam victi Pompei (*647*) Larissam (*712*); non sepultos a Caesare, qui in acie ceciderunt (*797*).

U ARGVMENTVM LIBRI VIII: Etiam Pompeio fugiente ad Corneliam (*1*) confluxisse magnam partem copiarum cum navigatione (*202*); dimissum Deiotarum ad petenda Parthorum auxilia (*209*); habitum consilium de eligenda fide rerum (*261*); sententia Lentuli suadentis, ut Aegyptum confugeret (*327*) victum Magni propositum Parthos volentis petere (*289*); auctoribus Pothino (*483*) et Achilla occisum Pompeium iussu Ptolomaei (*536*) et caput eius abscisum (*667*); sepulturae furtim datum truncum (*712*).

MU ARGVMENTVM LIBRI VIIII: Advectam Uticam Corneliam (*51*) cum Sexto filio; cognitum Catoni et Cn. Pompeio fatum Magni (*117*); discessum Tarchondimoti et aliorum sociorum (*217*); Catonis in fugam eorum convicia (*255*); Cyrenas expugnatas a Catone (*297*); naufragium in Syrtibus exercitus Catonis (*319*) et iter per harenas petentis Iubae regnum (*378*); non inpetrasse Labienum, ut Cato consuleret Hammona de

---

8 inchromantiam **U** ‖ 11 *Fortasse* traheretur *scribendum* ‖ 12 ducum; pugnam Pharsalicam *Westerburg* ‖ 18 copiarum; cum n. d. **U** ‖ 27 cepioni **M** ‖ 28 gñ **U** gnaeo **M** | tarchontis dimoti **U** ‖ 33 hamonãe **U**

belli eventu (*511*); descriptionem Gorgonis occisae (*619*) et sanguine eius nata omnia genera serpentum (*700*) et vim uniuscuiusque et Psyllorum adversus eas potentiam naturalem (*890*); et adventum Caesaris in Aegyptum (*950*) conspectoque Magni capite lacrimasse exitum tanti viri (*1035*).

ARGVMENTVM LIBRI X: Seditionem Alexan- **MU** drinorum inlatis signis et fascibus Caesaris (*11*); corpus Alexandri inspectum a Caesare (*19*); preces Cleopatrae et captum forma eius Caesarem (*56*); apparatum regium epularum (*108*); quaerit quoque ab Acoreo causas, cur ignotus sit Nili fons et aestate tantum crescat (*172*); pugnam Pothini et Achillae adversus Caesarem (*332*), et illis occisis (*515*) rursus substituitur Alexandrinis Ganymedes dux (*529*), qui et ipse interficitur.

2 de sanguine u ‖ 3 oscyllorum **M** ‖ 10 forma *ex* fortunae **M** ‖ 11 acoro **M** acore **U** ‖ 13 pontini **M** potini **U** | achilleae **M** ‖ 15 ganimydes **U** ‖ *Cave ex ultimis verbis concludas, eum, qui argumenta composuit, cum nil de Ganymedis morte poeta narret, nobis ampliorem carminis textum possedisse; sumpta haec sunt de Floro IV 2, 60. Similiter in libri tertii argumento plenius tribuni Cottae nomen legitur.*